



## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Admodvm Reverendo Domino Ioanni Ballae celebris Monasterij S. Huperti  
Ordinis D. Benedicti in Ardenna Abbatii, amico suo, Petrus Suffraganeus S.  
P.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

A  
Y  
M  
CE

ADMODVM  
REVERENDO DO-  
MINO IOANNI BALLAE  
celebris Monasterij S. Huperti  
Ordinis D. Benedicti in  
Ardenna Abbatii,  
amico suo,

*Petrus Suffraganeus*  
*S. P.*

 V M præsens in seculum omnium vitiorum colluuies erupet, & de die in diem mundus in deteriora flagitia ruat, Admodum in Christo Reuerende Pater, rectè quod antiquitus Horatius cecinit, deplorare licet:

*Ætas parentum peior avis  
Tulit nos nequiores, mox daturos  
Progeniem vitiōsorem.*

Ea de caussa princeps tenebrarum  
(:) 2 nunc

E P I S T O L A

nunc maioribus viribus, & grauiority-  
rannide, quām vñquam miserum ge-  
nus humanum inuasissē videtur: ita vt  
nunquam dormiendum dormitan-  
dumque ei sit, qui custodit Israēl: Cūm  
leo rugiens, iuxta Apostolicam doctri-  
nam, semper circumeat querens quem  
deuoret, nec dormiat, aut dormitet,  
qui hominis salutem impugnat. Deus  
enim Optimus Maximus prauis mor-  
talium operibus irritatus, malis spiritu-  
bus qui à se pessimam in nos habent  
voluntatem, permittit, vt suam etiam  
exerceant potestatem, & machinentur,  
omnia mala in perniciem non solum  
animæ, sed etiam in interitum corpo-  
ris & totius substantię ordinatę in con-  
fervationē generis humani. Verè enim  
quidam dixit: Iustus & omnipotens,  
cūm præcedentibus peccatis irascitur,  
permittit vt cæca mens etiam in alijs  
labatur. Quoniam autem hoc tempore  
scientia Dei plurimis deest: aut si Deum  
cognoscunt, non vt Deum timēt & ve-  
nerantur, sed sequuntur sua desideria,  
voluptates seculi, concupiscentiam  
carnis, & superbiam vitæ, Deus multos  
tradit

Gregor.

Hom. II.

in Ezech.

## DEDICATORIA.

tradit in reprobum sensum, permit-  
tendo Dæmoni, ut suum in eos exer-  
ceat tentandi officium, & inducantur  
ad faciendum ea, quæ non cōueniunt,  
repleti omni iniquitate & malitiā. In  
quorum numero supremum sibi ven-  
dicant gradum ij, quos propter facino-  
rum magnitudinem vulgus maleficos  
appellat. Quo hominum genere nul-  
lum nequius, nullum damnabilius,  
nullum Deo ingratiss, nullum reipub-  
licæ perniciosius, & Dæmonibus pro-  
pissimius intueritur. Qua de caussa leges  
cū illes nature peregrinos, & generishu-  
mani inimicos nominant. Quando-  
quidem autem effectus sunt ligna na-  
turæ, & ex fructibus arbor qualis sit, co-  
gnoscitur, libet paucis ob oculos pone-  
re opera maleficorum, quæ frequentius  
contra diuinam maiestatem, hominū  
salutem, & publicam utilitatem perpe-  
trare non veretur: Deum in primis ab-  
negant, suscepto Baptismatis Sacra-  
mento renunciant, feedis cum morte  
& inferno ineunt, Dæmoni cultum re-  
uerentiamq; exhibent, eiusq; perpetuo  
ministerio non raro se deuouent, Dæ-

cap. Nec  
mirum.

26.q.s.L.  
Nemo.

C.de ma-  
lefic &

M.th.

L. Multi.

L. Eisi.C.

de malef.

& math.

(:) 3 monibus

E P I S T O L A

monibus incubis & succubis abutuntur, ijsdemque euehentibus, peraërem ad longinqua loca de nocte transportantur, vbi conuenticula celebrant & conspirationes faciunt aduersus communem omnium prosperitatem, vt nimirum suis incantationibus, sortilegijs & diabolicis coniurationibus elementa concutiant, tempestates & cœli iniurias moueant, terræ & arborum fructus destruant, homines iumentaq; interimant, partus humanos suffocent, suffocatos igne in cineres resoluant, & sic resolutis vtatur in nephandis suis maleficijs, viros impotentes reddant ad generandum, & mulieres ineptas ad concipiendum, necnon alia plurima horrenda & abominanda operantur, quæ mens humana recti conscientia memoria comprehendere erubescit, vt Pontificum, Patrumq; decretis, legibus, rationum firmamētis, proprijs maleficorum confessionibus, iudicium testimonij, plurimis experimentis exemplisq; tam in hoc tractatu de maleficorum confessionibus, quam in commentario in tit. Cod. de malefic. & mathem.

## DEDICATORIA.

them. adiuncto contra multorum errores, ac pernicioſas falſasq; opiniones declaramus, demonstramus, & vsq; ad ſatiętatem omnium oculis ſubijcimus. Cūm autem malefici tam enorſiſſima criminā, vt nemo ſanx mentis dubitare potest, committant, & perditū alios perdere non definiant, ſeducti alios in errorem & malitiā ſeducere tentent, non immeritoſe ſecundum legem diuinam humanamque morte mulctandi, & ab hominum ſocietate tollendi ſunt. Indeſens & indignum eis relinquare vitam, qui multorum vitæ ſiñſidiantur, & crudele eis parcere, ſequi iniuſtè etiam in iſontes iuxiunt. Innocentes enim tradit exitio, qui parcit multorum exitia cogitatibus. Longo tempore hoc crimen latuit, ſecretumq; fuit, prout eius exercitij natura eſt, quippe quod magnam communio- niem habeat cū principe tenebrarum, qui odit lucem, & amat noctem, & ſic longè lateq; ſuum virus diffudit, ita ut non ſine moleſta, labore, & difficultate aliqua ex parte extirpari valeat, ſicut experientia rerum omnium magistra

(:) 4 edoce-

E P I S T O L A

edocemur, publicis argumentis & iudi-  
cum quotidianis querelis cognosci-  
mus. Querunt autem multi, qui plus æ-  
quo misericordia erga hoc pessimum  
hominum genus mouentur ( si tamen  
misericordia dicenda sit, quæ impen-  
ditur eis , qui humanitatis expertes  
sunt, & insontium non miserentur)  
quando sit tandem futurus finis incen-  
dij in maleficos & sagas. Quibus absque  
longis ambagibus respondetur : Tam  
diu esse locum poenæ, quam diu culpa

L. Con-  
gruit. ff.  
de offic.  
præsid.

non cessat. Interest enim reipublicæ ad  
conseruandum illæsum suum statum,  
prouincias purgari hominibus malis.

Cesset ergo culpa, & cessabit poena, que  
culpæ mensuræ respondet. Quemad-  
modum enim, quam diu fures & publi-  
ci latrones inuenientur, manebit usus  
furcæ & rotarum: Sic, quanto tempore  
malefici & sagæ modo humano & iuris  
ordine reperientur, tanto incendium  
perdurare necesse est. Cum feruore, ait  
Propheta, Gladius ad Chaldeos, gladius  
ad diuinos, gladius ad fortis illius: cum  
celo iustitiae, & salute reipublicæ præsi-  
des prouinciarum, quam diu malefici  
sunt,

Hiere. 50

## DEDICATORIA.

sunt, sententiam proferre possunt: Ignis ad maleficos, ignis ad sagas, ignis ad magos. Sed ut finem his faciam, quia hoc vitium plurimum, proh dolor, inualuit in diuersis nostræ Germaniæ Prouincijs, & multi Iudices nunc experientia malorum excitati, diligētius inquirunt, Priores tractatus nostri de maleficiis editiones omnes diuenditæ & distractæ sunt, & passim tam in nundinis Francofurdienibus, quam alijs officiis, ut multorum relatione didicimus, plura exemplaria expetuntur, sepositis alijs negotijs, statuimus publicè vtilitati labore nostrum accommodare, & hanc tertiam editionem ceteris auctiorem operæ Typographi subiaceere, quæ etsi non tam perfecta ( quamvis Prouerbio tritum sit: Omne trinum perfectum esse) quin possit esse perfectior, tamen plurima prioribus addit, quæ maximè faciūt ad clariorem multorum lucem, & lectorum eruditio-  
nem. Ne autem huic nostræ editioni fautor & patronus deesser, Admodum Reuerende Domine, te meritò delegi protectorem contra Zoilum, qui fre-

(:) s quen-

E P I S T O L A

quentius oblatrare solet contra offen-  
sionem maleficorum & noctiuagarum  
strygum, maximè quod etiam occasio-  
nem augendi librum dederis superiori  
hyeme Treuiris, cùm à Typographo  
venalia exemplaria postulasses, nec dia-  
buisses propter omnium distractio-  
nem, & cum temporis spem dederim i-  
terum breui latius excludendum. Mo-  
uent etiam ad hoc singularia beneuo-  
lentiæ amicitiæque officia, quibus me  
Tua admodum Reuerenda Paternitas  
sibi deuinxit in Monasterio vestro S.  
Huperri, cùm ante aliquot annos locū  
illum miraculis multis clarum, & reli-  
gione cōspicuum peregrinationis cauf-  
sa visitasse. Præterea etiam idem sua-  
dent humanitatis & obseruantiae argu-  
menta, quæ sœpè alibi mihi in conuen-  
tu magnorum, & honoratorum viro-  
rum ostendit. Grato ergo & quoq; ani-  
mo hunc nostrum, quem dedicamus &  
offerimus laborem accipito. Precamur  
interim summis votis D E V M Opti-  
mum Max. vt Tuam admodum Reue-  
rendam Paternitatem diutissimè in spi-  
ritus & corporis valetudine robustam

con-

*DEDICATORIA.*

conseruet, vt valeat fœlicissimè suum  
nonasterium antiquum & valdè cele-  
bre iniuria horum infœlicium tempo-  
rum incendio dirutum, vti prosperè  
œpit, in religione sancta D.Benedicti,  
ib quo militat,& edificijs erigere,& ad  
finem optatum perducere. Treui-

ris, Calend. Septemb. Anno

Domini 1596.

(. . .)

